Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decretales

Gregor <IX., Papst>

[Venedig], 7. Sept. 1484

[Bulla:] Rex pacificus pia miseratione disposuit

urn:nbn:de:bsz:31-323976

Visual Library

Monrij B. M. V. et S. Marg. in Augia Civitate

In nomine ſancte trinitatis amen. Cōpilatio decretalium gregorij. ix.

Gregorius[a] Epiſcopus ſeruus[b] ſeruoꝝ dei Dilectis filijs[c] doctoribus ⁊ ſcholaribus uniuerſis bononie[d] cōmorātibus ſalutem[e] ⁊ apoſtolicam benedictionem. Rex[f] pacificus[g] pia miſeratiōe diſpoſuit[h] ſibi ſubditos[i] fore pudicos[k] pacificos[l] ⁊ modeſtos[m]: ſed effrenata cupiditas[n] ſui ꝓdiga[o]: pacis emula: mater litiū: materia iurgiorum tot quotidie noua litigia[p] generat: ut niſi iuſticia[q] conatus eius ſua uirtute repmeret: ⁊ queſtiōes ipſius implicitas explicaret: ius humāi federis litigatoꝝ abuſus extingueret ⁊ dato libello[r] repudij cōcordia extra mūdi terminos exularet. Ideoqꝫ lex ꝓditur[s]: ut appetit[o] noxius ſub iuris regula limitetur[t]: ꝑ quā genus hūanū ut hōeſte[v] uiuat:

a Gregorius. In huius libri principio quinqꝫ precipue ſunt prenotāda: videlicet que ſit intētio: que materia: que vtilitas: cui parti philoſophie ſupponatur: quis modus agēdi: ⁊ quis libri titulus. Intētio domini gregorij ī hac preſenti cōpilatione fuit diuerſas ꝯſtitutiones ⁊ decretales epiſtolas predeceſſoꝝ ſuoꝝ in diuerſa diſpſas volumina ſeu cōpilatiōes: que diffcultatē ſtudentibus ingerebāt: in vnaꝫ cōpilationeꝫ reſecatis ſupfluis ad vtilitatē legentium ac ſtudētiuꝫ reducere: prout in eiuſdē domini gregorij cōſtitutione euidētius declaratur. Materia in hoc opere ſūt ipſe conſtitutiones et decretales epiſtole ſub ſingulis titulis collocate. Utilitas eſt ut his lectis ⁊ itellectis ſciamus diſcernere inter equū ⁊ iniquū ⁊ vnicuiqꝫ reddere quod ſuū eſt: ⁊ in hoc iuſticia cōſiſtit: vt inſti. de iuſti. ⁊ iure in pn̄. ⁊ xij. q. ij. cum deuotiſſimaꝫ. Supponitur ethice. i. morali ſcientie: ſicut ⁊ alij libri iuris. vnde etiam dicit impator: legibus noſtris hominū mores intēdimus corrigere. C. de ſecun. nup. l. i. Modus agēdi talis ē: diuidit eniꝫ opus ſuū in quinqꝫ partes. In pma parte tractat de ſumma trinitate ⁊ fide catholica ⁊ de cōſtitutionibus de reſcriptis de iudicibus ⁊ eoꝝ officijs. In ſecūda pte tractat de iudicijs ⁊ cooperātibus ad iudicia. In tertia pte tractat de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ ⁊ rebus eoꝝ ⁊ eccleſiaruꝫ. In quarta de ſpōſalibus ⁊ matrimonijs ⁊ impedimētis eoꝝ. In quinta de accuſationibus ⁊ criminibus ⁊ penis eoꝝ. Et ſic terminat tractatū ſuum ipſuꝫ diuidēs in quinqꝫ partes ad ſimilitudinē quinqꝫ ſenſuū corporis: quos quilibet qui iudicat habere debet: aliter nō eſt idoneus iudex: ſic enim omnis copula ꝯiugalis reſtricta ē vſqꝫ ad quartū graduꝫ ad ſimilitudinē quattuor humoꝝ uel elemētoꝝ corporis humani: vt. j. de conſan. ⁊ affi. non debet. §. prohibitio. dicens: Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei ⁊c.

b Seruus. ſic etiā imperator appellat ſe ſeruū. C. de offi. pre. pretor. aphrice. l. i. circa pn̄. vel dic ꝙ dicit ex humilitate: q̄ qui maior eſt veſtrū: fiat ſicut miſter veſter. ix. q. iij. nullus pmas. vel ſeruus dicitur: q̄ ſicut ꝑ ſeruum acquiritur domino inſti. ꝑ quas pſo. nobis acqui. circa pn̄. ita etiaꝫ ꝑ dominū papam cuilibet eccleſie pōt acquiri. j. de cenſi. cū inſtantia: in particula que deciſa ē de pn̄. j. ut li. pen. eccleſia. ij. ſic per imperatorē acquiritur hominibus: in aut. conſti. que digni. libe. a pa. pote. §. illud quoqꝫ. colla. vi. ⁊ noctes ducit inſōnes: ut ſubiecti ſub omni quiete ꝯſiſtant: in aut. ut iudices ſine quoquo ſuffra. in pn̄. coll. ij. ⁊ dicit imperator voluātarios labores appetimus: ut quietē alijs preparemus: ī aut. ut diui. iuſſi. ſubſcrip. habe. glo. queſto. in pn̄. coll. viij. ⁊. j. de reſti. ſpo. c. frequēs.

c Filijs. benedicit filijs: q̄ ſolūmodo pṫriarchas archiepiſcopos ⁊ epiſcopos fratres appellat: oēs alios filios. j. de cri. fal. ꝙ graui.

d Bononie cōmorantibus. ⁊ ita nō in caſtris: quoniam ſi in caſtris ſtudeāt: beneficia ex pͥuilegio ſibi ꝯceſſa occaſione ſtudij habere nō debent. j. de cle. nō reſi. tue fraternitatis. Preterea ex quo dicit bononie: nō videtur ꝙ alijs mittātur alibi ſtudentibus. ⁊ ſic nō tenētur recipere hanc compilationē: q̄ littere pape non extenduntur ad alios q̄ꝫ ad eos quibus mittuntur uel que ꝯtinentur in eis: ar. j. de offi. dele. p. ⁊ g. ⁊ c. gratum. ⁊ c. cū olim. Sed nō eſt ita: omnes enim tenētur ad obſeruationē huius cōpilationis: ſed propter ſtudiū quod eſt bononie cōmunius ⁊ generalius precipue in vtroqꝫ iure: ⁊ ibi quaſi de omnibus partibus mūdi ſunt ſtudentes ideo potius bononie dirigūtur: ⁊ ita omnes tenētur hanc compilationem obſeruare: que nec poſſent nec debēt ſinguloꝝ auribus intimari. xvi. di. quod dicitis. ⁊. j. de poſ. prela. ad hec. ⁊ ꝯſtitutio pn̄cipis poſt duos menſes a tēpore publicationis omnes aſtringit: in aut. ut facte noue conſti. circa pn̄. col. v. ⁊. j. de ſen. excom. nouerit.

e Salutem. per talem ſalutationem non tollitur excōmunicatio: ſi aliqui ſcholares vel magiſtri eſſent excōmunicati tēpore publicationis. j. de ſen. ex. ſi aliquando. vbi de hoc. her.

f Rex. alibi appellatur imperator. xi. q. iij. iulianus.

g Pacificus. qui ut pacem doceret venit in mūdum. xxiij. q. i. niſi bella. regnuꝫ tamen eius non eſt de hoc mundo. c. cā q. iij. §. i.

h Diſpoſuit. ſ. ꝑ ꝓuidētiaꝫ ⁊ predeſtiationē nō neceſſitate q̄ vaſiſ ire ⁊c. xxiij. q. iij. nabuchodonoſor. de pe. di. iiij. §. ſic itaqꝫ ⁊ in precedentibus ⁊ ſequentibus. §.

i Subditos. i. predeſtinatos qui ſi etiā peccant corā domino dicuntur peccare: de pe. di. i. ⁊ uenit: qui etiaꝫ ſi peccant: nihilominus ſaluabūtur: de pe. di. iiij. §. ſic itaqꝫ. Contra pmum dictū eſt de pe. di. iiij. §. hāc ſocietatem.

k Pudicos. i. caſtos: ſic ⁊ impator ſubditos ſuos caſtitatem ſeruare hortatur. vnde dicitur caſtitas ſola ē que cuꝫ fiducia poſſibilis ē deo animas preſentare in aut. de lenonibus. §. ſancimus. col. iij. que ſuaderi poteſt: imperari vero non poteſt. xxxij. q. i. itegritas. vnde debemus eſſe pudici: q̄ impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. xxxij. q. v. nec ſolo.

l Pacificos. i. paceꝫ cuſtodientes. vnde etiaꝫ dicitur: beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. xxiij. q. i. noli.

m Modeſtos. i. tēperatos. q̄ quilibet dꝫ habere ī ſe temperātiaꝫ: ut ſciat ſeruare miſericordiā ⁊ rigoreꝫ: vel ſimul vtrūqꝫ. xlv. di. diſciplina. her.

n Cupiditas. que eſt radix omniū maloꝝ. xlvij. di. bonoꝝ. in aut. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. cogitatio. col. ij. ⁊ hoc ideꝫ innuitur de pe. di. ij. §. q̄ radix omnium poſt illum. §. ex premiſſis. her.

o Prodiga. q̄ non ſolū rerum: ſed etiā fame quis ꝓdigus ē: ut habetur C. de his qui pe. no. l. i. j. de ex. prela. exceſſus. ⁊ talis crudelis eſt: qui famam ſuā negligit. xij. q. i. nolo: ⁊ vere: q̄ omnis etas ab adoleſcētia prona eſt ī malū. xij. q. i. omnis etas. ⁊ oīs creatura ſub vicio ē de pe. di. ij. §. charitas ad ſi. ⁊ humana natura quodāmodo labitur ad delicta in aut. de monachis. §. ſiquis igitur. col. i. ⁊ ꝓclíuus eſt hominū curſus ad volupt. ⁊ natura ē imitatrix vicioꝝ. xx. q. iij. ꝓcliuus. vnde claudianus: Procliuior vſus in peiora datur: ſꝫ in eo quod dicit ꝓdiga videtur ſibi ꝯtraria littera iſta: q̄ pmo dixit cupiditas: q̄ qui ē cupidus non eſt ꝓdigus: ſic intellige cupiditas refertur quātuꝫ ad retētioneꝫ tpaliū: ꝓdiga quantū ad euacuatiōnē virtutū: q̄ vnū expellit aliud. xxxij. q. i. cum renunciatur. her.

p Litigia. hoc ideo dicit: q̄ humana natura ꝓna eſt ad diſſentiēdum. j. de ꝯceſ. prebē. q̄ diuerſitatē. ⁊ ff. ad trebel. q̄ poterat. ⁊ de con. di. iiij. ſicut in ſacris. ⁊ ff. de arbi. itē ſi vnus. §. vlti. ⁊ nouas deproperat edere formas C. de ve. iu. enu. l. ij. §. ſꝫ q̄ diuine: ⁊ natura itroductū ē: ut plura ſint negocia ꝙ vocabula. ff. de preſcrip. ver. naturalis. vnde dicit imperator: ꝙ natura nouitates quotidie nititur inuenire: vt in aut. quibus modis naturales efficiātur legitimi ⁊ ſui. §. ſiquis vero. col. vi. ⁊ ideo nouis morbis noua ꝯuenit antidota preparari. j. de iura. calū. ceterū. ⁊ varia experimenta morboꝝ varia nos cogūt remedia inuenire. l. di. ut ꝯſtitueretur. ⁊ ꝙ medicamēta morbis exhibēt: hoc iura negocijs in aut. hec ꝯſtitutio que inouat ꝯſtitutionem in pn̄. col. viij. ⁊ que de nouo emergūt: nouo auxilio indigent. ff. de inter. ac. de etate. §. ex cauſa. ⁊ ff. ut in poſ. lega. l. planc. ⁊ ff. de ven. inſpi. l. i. in pn̄. ⁊. j. de offi. deleg. inſinuante. ⁊. j. de excep. paſtoralis. j. de teſt. pnia. ⁊ c. vltimo.

q Iuſticia. que ab alijs virtutibus augeri ⁊ ad maius apparere deſiderat: in aut. de referendarijs. §. propterea. colla. ij.

r Libello repudij. quē olim maritus dabat vxori. j. de diuor. gaudemus in fi. ⁊ ff. de diuor. l. ij. §. in repudijs.

s Proditur. ut humana coerceatur audacia: ⁊ tuta ſit inter improbos innocentia. iiij. di. facte ſunt autē. nam per leges nemo benefacere cogitur: ſed male agere ꝓhibetur. xxiij. q. v. ad fid.

t Limitetur. limes ē agroꝝ diſcretio. vnde verſus: Limes erat poſitus litem ut diſcerneret agri. j. de verbo. ſig. forus.

v Honeſte viuat ⁊c. hec ſūt tria precepta legis: de quibus habes. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. iuſticia. §. i. ⁊ inſti. e. ti. §. iuris precepta. ⁊ ſic ſunt intelligenda honeſte viuere quantū ad ſe: in his. ſ. que nobiſcuꝫ agimus que honeſtas

alterum[a] non ledat ius[b] ſuum unicuiq̄ʒ tribuat informatur. Sane diuerſas conſtitutiones[c] ⁊ decretales epiſtolas predeceſſorum noſtrorum in diuerſa diſperſas uolumina: quarū aliqua propter nimiā ſimilitudinē[d] ⁊ quedam propter contrarietatem[e] non nulle etiam propter ſui prolixitatem confuſionē inducere uidebātur: alique uero uagabātur[f] extra uolumina ſupradicta que tanquā incerte frequenter in iudicijs uacillabāt ad cōmunem ⁊ maxime ſtudentium utilitatem per dilectum[g] filium fratrē raimundum capellanum ⁊ penitentiarium noſtrum illas in unum uolumen reſecatis[h] ſuperfluis prouidimus redigendas: adijcientes cōſtitutiones noſtras: ⁊ decretales epiſtolas per quas nonnulla que in prioribus erant dubia declarantur[i]. uolentes igitur ut hac tantum cōpillatōne uniuerſi utātur in iudicijs[k] ⁊ in ſcholis: diſtrictius prohibemus ne quis preſumat aliā facere abſq̄ʒ auctoritate ſedis apoſtolice ſpeciali.

Innocen. iij. in cōcilio generali.

De ſūma trinitate ⁊ fide catholica.

circa matrimoniū cōſideratur. ff. de ritu. nup. l. ſēp. xxxi. di. nicena: ⁊ circa mores. ff. de tu. ⁊ cura. datis ab his. l. ſcire. §. penul. ⁊ §. vlti. ber.

a ¶ Alterum non ledat in his. ſ. que circa alios agimus: vnde illud quod tibi non vis fieri alijs nō facias in pri. decretorū di. i. humanum genus. ⁊. j. de ma. ⁊ obe. dilecti.

b ¶ Ius ſuū vnicuiq̄ʒ. ſiue ſit pena afficiēdus ſiue premio remunerandus di. iij. c. ſi. ⁊. j. ti. pr. c. firmiter. §. i. in fi. ⁊ p hoc dicitur ſeruire deo ſibi ⁊ proximo. ⁊ ſūmum bonum in vita eſt iuſtitiā colere ⁊ ius ſuum vnicuiq̄ʒ tribuere. xij. q. ij. cū deuotiſſimā. ⁊ p hoc quod dicitur vnicuiq̄ʒ datur intelligi qualiter debeat ſe habere erga ſuperiorem parē ⁊ ſubditum.

c ¶ Conſtitutiones. conſtō eſt quam princeps facit proprio motu. decretalis epiſtola eſt quando reſpondet ad conſultationē. j. de ſen. excō. ſi concubine.

d ¶ Similitudinem. idem dicit imperator ⁊ eandem cauſā aſſumit. C. de nouo. co. compo. in. iij. conſti. in pri.

e ¶ Contrarietatem. ⁊ ideo compilatio antiqua non fuit legitime ordinata: q̄ nulla ꝯrietas debet eſſe in iure. C. de ve. iu. enu. l. tanta. §. contrarium ideo in preſenti compilatione nullum dʒ ꝯrium reperiri.

f ¶ Vagabantur. quas videbitis per titulos collocatas iſte nō erāt in antiq̄ ꝯpilatōe: ⁊ ſūt iſte. j. de ſ. nō or. miramur. j. de biga. a nobis. ⁊ ita de alijs.

g ¶ Per dilectum filium fratrem raimundum. ⁊ recte ⁊ ordinate. debent enim taliter ꝯpilari decretales ⁊ ordo tēporū ipſarū ex illarū ꝯpōne ⁊ diſpoſitōne clareſcat: primis i pmo loco poſterioribus i ſecūdo ponēdis: ut. C. de no. co. ꝯpo. in prima conſti. in pn. quod quidē ſeruatur in preſenti ꝯpilatione: ſed in antiqua non: ⁊ qui eas ꝯponunt: nō ſolū debent eſſe glorioſi doctrina legum: ſed experientia rerum: ut. C. e. ti. conſti. ij. vnde per ordinationem iſtius compilationis ſcietis: quis illorum quorum tpe ꝯſtōes concilia decretales edita ſunt: preceſſit.

h ¶ Reſecatis. pōt ergo dominus papa derogare ꝯſtōibus predeceſſorum ſuorū nō ob. ꝙ par in parē nō hʒ iperiū. j. de arbi. l. nā ingratus ⁊ ē no. q̄ eadē pſona cēſetur cū eo cui ſuccedit: ⁊ nemo pōt ſibi hāc legē iponere: ne liceat ſibi a prima voluntate diſcedere. ff. de lega. iij. l. ſiquis in prin.

i ¶ Declarantur. j. de regula. ſtatuimus. que exponit illa ꝯſulti.

k ¶ In iudicijs. ſic ergo vr̄ ꝙ oībus decretalibus iſtis vti poſſumus in iudicijs: q̄ indefinita equipollet vniuerſali. xix. di. ſi romanorū. ⁊. j. de puī. q̄ circa. ⁊. ff. de hui. ſicut. ff. de ſer. vr. pre. l. ſi ſeruitus. ⁊ ita nō eſt hic aliq̄ indulgentia ſiue diſpenſatio quod falſū eſt imo multe ſūt: ⁊ idulgentia nō dʒ trahi ad ꝯſequētiā. vij. q. i. petiſti ⁊ inſti. de iu. nā. §. plane. dicas ꝙ propter vnā decretalē vel duas aut pluref nec plus nec minus ē: ⁊ ē ſi. de ꝯſe. di. ij. reuera. vbi dicit ꝙ oēs illi qui māducauerūt de māna illo: quod pluit filijs iſrael in deſerto mortui ſunt: ⁊ tamē caleph ⁊ ioſue: nō fuerūt mortui i deſerto: imo itrauerūt terrā pmiſſionis. lxxvi. d. ieiuniū. ⁊ ita modicū quid nō nocet: nā modica res nō inducit ſimoniā. j. de ſimo. ⁊ ſi qōnes ar. ꝯ q̄ p modica re datur actio furti. xiiij. q. vlt. c. vlt. ⁊ p ſex ſolidis tātū ꝯmittitur ſimonia. j. de ſimo. ex tue fraternitatis. ⁊ p vna gallina ꝯmittitur furtū iſti. de rerū di. §. gallinarū. ſo. dic i talibus affectus ⁊ itētio ꝯmittētis cōſideratur i talibus. vel dicas quod dicit i ſcholis: refertur ad decretales illas que ꝯtinent idulgētiā ſiue diſpēſationē: q̄ ille debēt legi i ſcholis: ut p doctrinā ſciatur vbi ⁊ quādo ſit diſpēſādū: qui vero ius cōe ꝯtinēt: referūtur ad vtrūq̄ʒ q̄ illis vtimur i iudicijs ⁊ i ſcholis. Si vero decretalis aliq̄ decetero inueniatur ex̄ ꝯpilationē iſtā. quid fiet. tene quod dr̄. j. de fide inſtru. c. paſtoralis. Hic precipit papa ut tātū hac ꝯpilatōe vniuerſi vtātur. Quid erit: ſi aliqui vellēt vti ⁊ legere priorē dico ꝙ illi eēnt excōicādi: qui faciunt ꝯ mādatū pncipis. j. de ma. ⁊ obe. ſiquis. ⁊. xxv. q. i. generali.

l ¶ De ſūma trinitate ⁊ fide catholica. Quoniā oē quod nō ē ex fide peccatū eſt. xxviij. q. i. §. i. ⁊. j. de preſcrip. quoniā oē. ⁊ ordo nr̄e reparationis a fide ſūpſit exordiū: iō de fide ca. pmo eſt agēdū. Et q̄ i fide prio inſtrui debemus ut ſic ad baptiſmū creduli veniamus de cōſe. di. iiij. ante baptiſmū. videndū eſt ergo quid ſit fides put hic accipitur: ⁊ quot mōis accipiatur fides: ⁊ quot ſint ſpēs fidei: ⁊ quot articuli: quod premiū credētiū: ⁊ que ſit pena nō credētiū. Fides. n. multis mōis dr̄. Dr̄ fides quādoq̄ʒ idē quod ſacrm̄ bap. xlv. di. de iudeis. ⁊. j. de bap. ⁊ eius effect. debitū. Itē dicitur fides caſtitas thori. xxvij. q. ij. coniuges. ⁊. j. de iureiuran. quēadmodum. ⁊ eſt vnū de tribus bonis matrimonij. c. cauſa. ⁊ queſtione. oē itaq̄ʒ. Item dicitur fides ſecuritas ſiue pactum que etiam hoſti ſeruanda eſt. xxiij. q. i. noli. Item dicitur fides quandoq̄ʒ conſciētia. j. de reſti. ſpo. litteras. ⁊. j. de preſcrip. quoniam omne quod non eſt ex fide. i. ex conſciētia. de pe. di. iij. ad fi. di. §. illud autem. vltra medium. Item dicitur fides credulitas ſm quā credimus id quod nō videmus. fides. n. eſt de re non viſa. de. pe. di. iiij. in domo. vnde etiā dicitur: fides nō hʒ meritū cui hūana rō prebet experimētū. Itē dicitur fides pmiſſio inſti. de rerū di. §. venditе. Itē alio mō dicitur fides collectio articulorū: ut hic. ⁊. xxiiij. q. i. hec eſt fides. preterea ⁊ in pſalmo dr̄: hec eſt fides ca. quā niſi ⁊c. Item dicitur fides equitas in actionibus conſiderata inſti. de acti. §. actionū quedā ſunt bone fidei: quedā ſtricti iuris. Fides vero ſic deſcribitur ab apoſtolo in epiſtola ad hebreos: put hic ſumitur: fides ē ſubſtantia rerū ſperādarū argumētum non apparētiū ⁊ dr̄ ſubſtātia ſperādarū rerū: q̄ ſperare debemus quod dictum eſt a pphetis eſſe futurum argumentum nō apparentium dr̄: quia per prophetias iam completas debemus hr̄e argumētum. i. pbationem non apparentium de futuris complendis. ſ. de die iudicij ⁊ de fine mūdi. Sʒ videtur ꝙ diffinitio iſta non ſit bona: quia vera diffinitio conuertibilis debet eſſe cum ſuo diffinito. ſed hec non eſt conuertibilis q̄ ſpes ſimiliter eſt ſubſtantia ſperandarum rerum. vnde videtur inferendum: ꝙ fides eſt ſpes quod eſt falſum. Item hec diffinitio videtur loqui tantum de futuris: cum fides ſit tam de preſentibus q̄ de preteritis ⁊ futuris: eo ꝙ habet ſe ad omnia. ad preterita. ſ. quia credendum eſt chriſtum fuiſſe natum ⁊ paſſum. ad preſentia quia credendum eſt ꝙ ipſe ſit qui in altari quottidie conficitur. et ad futura quia credere debemus ipſum venturum ⁊ iudicaturum viuos ⁊ mortuos: ⁊ ita videtur eſſe inſufficiens iſta diffinitio: ⁊ licet diuerſa tempora comprehendat: vna tamen fides eē videtur. vnde ſanis poteſt dici ꝙ non eſt vera diffinitio ſed quedam notificatio fidei ab apoſtolo dicta. Poteſt autem magiſtraliter diffiniri. Fides eſt voluntaria certitudo abſentium infra ſcientiā ⁊ ſ. opinionem conſtituta. Scientia enim habet cognitionem: fides vero non. vnde dicit auguſ. fides eſt credere quod non vides: de pe. di. iiij. in domo. Species autem fidei ſunt due: vna eſt formata quā habent boni ⁊ ſci. eſt ⁊ alia informis: quam habent mali ⁊ etiā demones ⁊ infideles: ⁊ exiſtentes in mortali peccato: ⁊ fides eorum caret forma: prima eſt virtus a qua dicuntur fideles quicunq̄ʒ baptizantur de conſe. di. iiij. ꝙ autē apud. ⁊ talis fides dicitur informata charitate. vnde ſic poteſt diffiniri: fides ē qualitas qua quis credit quod diligit charitās dignior eſt penes quam conſiſtit omne meritum: ⁊ eſt fons viuus cui non communicat alienus. ſ. a fide. j. de regu. licet in fi. ⁊ de pe. di. i. omnis qui non diligit. §. item ut chriſtus ait. vnde dicitur fides noſtra eſt virtus quā charitas cōicatur. vnde dicit auguſ. fides que p dilectōeʒ opatur ē fūdamētū oīuʒ virtutū. i. q. i. cū paulus. ⁊ apoſtolus ita diffinit: hec ē fidei que p dilectōeʒ opatur: de pe. di. ij. §. itē ſine charitate. ⁊ nō ea que demonū ē: q̄ credūt ⁊ ꝯtremiſcūt. De fide iformata charitate dicit abacuch ppheta iuſtus meus ex fide viuit. Fides nr̄a ē eadē i ſubſtātia cū fide āntiquorū vt dictū ē: quod pbat euāgeliū: turbe āt que precedebāt ⁊ que ſequebātur clamabāt dicētes: oſāna filio dauid. Diſtāt tamē i q̄litate: q̄ quod ipſi credebant de futuro: nos credimus de preteritis. ſ. chriſtū natū ⁊ paſſū. Pricipales autē articuli fidei nr̄e ſūt ſeptē ſm ꝙ ſeptē ſūt dona ſpūs ſci: quos quilibet chriſtianus ſcire tenetur: clerici explicite: laici iplicite: ⁊ credere ſicut tʒ eccleſia ⁊ ſūt hi: incarnatio ſiue natiuitas: baptiſmuſ: paſſio chriſti ſiue mors eius: deſcēſus ad iferos: reſurrectio: aſcēſus i celum: aduētuſ eius i iudiciū: de quibus hēs i pma ꝯſtōne firmiter: p quibus ioānes i apocalipſi legitur fleuiſſe vbi dr̄: vidi librū ſignatum vij. ſigillis formā ipīmētibus i celo ⁊ i terra ⁊ apud inferos: ⁊ nemo fuit dignus aperire librum niſi leo de tribu iuda. Secundum quoſdam theologos ſunt. xij. ar. ſi. pp. xij. apoſtolos: qui eadem hora inſtinctu ſpiritusſancti ſymbolum compoſuerunt: vnde dicitur ſymbolum a ſyn quod eſt ſimul ⁊ bolus quod eſt morſellus: quia vnuſquiſq̄ʒ apoſtolorum ſuum morſellum ideſt partem ſuam appoſuit: ⁊ eſt aliud ſymbolum maius: quod cantatur in miſſa in nicena ſynodo factum propter grecos qui non credebant ꝙ ſpiritusſanctus procederet ab vtroq̄ʒ de conſe. di. v. c. vlti. ⁊ penul. Eſt ⁊ tertium ſymbolum athanaſij: quicunq̄ʒ vult quod cantatur i prima. iſtud poteſt appellari quartum ſymbolum: ⁊ ita ſunt mō quattuor ſicut quattuor euangelia: ſed verius eſt ꝙ articuli veri tantū ſunt. vij. de quibus dictū eſt. Premiū vero credentiū eſt vita eterna: pena vero nō credentiū eſt gehenna ppetua iuxta illud: hec eſt fides catholica: quā niſi quiſq̄ʒ fideliter firmiterq̄ʒ crediderit: ſaluus eſſe nō poterit: ⁊ qui crediderit ⁊ baptizatuſ fuerit ſaluus erit. j. de bap. ⁊ eius effectu: maiores. ber.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg